

Sanctis

In q̄ dicit̄ ap̄lus. 1. ad. Cor. 15. Vbi est mors victoria tua. Vbi ē
 mors stimulus tuus. Q̄ etiā dyabolus electis vlt̄ius nocere nō
 possit testatur. Ioh̄es in apoc. 12. vbi ait. Audiui vocem magnam
 in celo dicentem. Nunc facta est salus et virtus et regnum dei nr̄i
 ⁊ potestas xpi eius quia piet̄ est accusator fr̄m nr̄oz qui accusa-
 bat illos ante aspectū dei nr̄i die ac nocte. Accusabat ⁊ ad hoc vt
 illos accusabiles redderet laborabat. Nullus etiam malus homo
 dem̄ps nocere valebit electis om̄es em̄ tūc reprobi ibūt in ignem
 eternū. Hinc est q̄ dicit̄ ip̄a veritas. Mathi. 25. Tūc dicet rex his
 qui a sinistris eius erūt. Discedite a me maledicti in ignem eternū
 qui p̄paratus est dyabolo ⁊ angelis eius. Nos etiā dilectissimi no-
 men hoc viz p̄nc̄ps pacis fr̄tibz nr̄is subscriptū deferre debem⁹
 Ad hoc igit̄ q̄ sumus de familia eius qui est p̄nc̄ps pacis. necesse
 est vt nullum vel corde vel ore vel opere ledamus. sed quantuz in
 nobis est cū omnibz hominibz pacē habeam⁹. In pace em̄ vocauit
 nos deus qui non est deus dissensionis sed pacis sicut dicit̄. 1. Cor.
 14. Hinc etiā dicit̄ ap̄lus ad. Ro. 12. Si fieri pōt quantū ex vobis
 est cū omnibz hoibz pacem habentes. Hinc etiam est q̄ in nativ-
 tate ihesu xpi qui est p̄nc̄ps pacis pax nunciata fuit ab angelis
 tunc etiam tres misse dicunt̄. ⁊ in qualibet missa dat̄ osculū pacis
 vt per hoc insinuet̄ q̄ opteat om̄es qui volunt esse cōsortes regni
 dei pacem suare corde ore ⁊ opere. Debemus etiā nomē p̄ris illi⁹
 speciosi agni deferre scriptū in frontibz nr̄is. Nomen p̄ris est id de
 quo legit̄. Exod. 3. Vbi cū apparuisset dñs moysi in monte oreb.
 et in iunxisset ei legationē suā ad filios israhel ait moyses. Si dixe-
 rint mihi qd̄ est nomē eius qui apparuit tibi in flamma i ignis de
 medio rubi quid dicam eis. Respondit dñs. Ego sū qui sū q̄si di-
 ceret. Ego sū eternaliter remunerās amicos q̄ sum etiā in eternum
 puniēs inimicos. Hoc etiam igit̄ nomen frontibz nr̄is inscriptum
 habeamus. vt vicz eternā remunerationē totis desideris appeta-
 mus. totaqz mente p̄petua supplicia fugiamus. Quod nobis. ꝛ.

De beata Agnete.

Sermo. vii.

Qui gloriatur in domino gloriatur secunda. Corinthoz. deamo.
 Merita in eterna patria gloriat̄ hec virgo que hic meruit christū
 habere sponsum. ad has enim nuptias et ad hanc gloriā om̄es
 currere debemus. quia inquit deuotus Bernardus. Festinemus
 obsecro fratres festinem⁹ venire ad nuptias. quia nō solum multū-
 tudo celestis curie. sed omnium eoz dominus ⁊ creator nos expectat
 omnes clamant venite ad nuptias. discurrunt angeli deo nostros
 gemitus p̄sentantes ⁊ eius nobis misericordiam reportantes expectat